



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amor Dei sex bona facit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITVTIO. I

Amor dei sex bona facit .

Primum, quia diligentes se diligit, quemadmodum ueritas Ioan, 14
 ipsa Christus Seruator hoc testatur inueniens . Qui diligit me, diligitur a patre meo . Et in Prouerbis dicitur . Ego diligentes me diligo . Vnde D . Bernardus dicebat . Pro. 6,
 Quid felicius, aut quid beatius esse potest, quam ab eo diligi, qui est Dominus Paradisi, qui habet potestatem uitæ, & mortis, damnare & saluare, damnare quos odit, & saluare quos diligit . Idem quoque Bern.
 ait . Quid tibi uideatur amator Christi, cultor dei, despector mundi, de premio amoris tui ? Quid tibi mali nocere poterit ? aut quid tibi boni poterit deesse, si ille te diligit, qui de nihilo cuncta creauit ? Secundum est, quia custodit . Custodit dominus omnes diligentes se, dicit Bern.
 Dauid . Nulla enim res sic ab omni peccato custodit, sicut amor dei, & timor supplicii . Tertium est, quia feruentes facit, sicut fecit apostolum dicentem . Quis infirmatur, & ego non infirmor ? Quis scandalizatur, & ego non uror . Vnde Ps. 144
2. Co. 11

Amor

CHRISTIANA

Greg. Gregorius ait. Amor dei nusquam est ociosum, operatur enim, magna si est, si autem operari renuit amor non est. Amor nanque dei semper ardet, & non extinguitur, **Auguf.** accendit, & illuminat ait Augustinus. Quartum est, quia omnia contemnere facit. Vnde Paulus dicebat. Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitratus ut stercorea, ut Christum lucrifaciam.

Phil. 3. Vero enim christiano omnia propter Christum uilescunt, & solus Christus mellefcit, omnis te nunc possessio uilefcit, & sola Christi charitas dulcescit. Vnde Augustinus ait. Nihil queſo sine te mihi dulce fiat, nil placeat, nil preciosum habeam, uilefcant omnia præter te, tædeat gaudere sine te, delectet contristari pro te. Quintum est, quia omnia delectabiliter ferre facit. Nulla enim ibi difficultas, ubi est uera charitas, nullus ibi labor, ubi est uerus amor, & ubi maior est amor, ibi leuior, uel minor labor. Vnde Ambrosius dicit. Omnia seua, & immania, facilia & prope nulla facit amor. Sextum est, quia ad beatitudinem æternam perducit. Vnde Paulus dicit. Oculus non uidit cum quod præparauit

INSTITVTIO. 32

Deus diligentibus se. &c. Et in li-
bro Iudicum legitur. Qui autem di-
ligunt te, sicut sol in ortu suo splen-
det, ita rutilent. Vnde Augustinus
dicit. Beati enim uerè, & perfectè
beati, qui uerè, & perfectè amant
te, nullus autem & nullo modo bea-
tus, qui non amat te.

Iudic. 5

Augus.

*Amoris Dei signa sunt
septem.*

Primum est cū aliquis de Deo
loquitur; Quod enim mens
ualde amat, id etiam in sermo-
ne sepius replicat. Nequeunt aman-
tes amorem silentio tergere, sed eo-
rum affectio abundantiam uerbo-
rum transmittit. Secundum est,
cum aliquis libenter dat pro Deo.
Vnde in ultimo canticorum dicitur.
Si dederit homo omnem sub-
stantiam domus suæ pro dilectione,
quali nihil despiciet eam. Ad hoc
(cum probatio dilectionis fit exhi-
bitio operis) accedit id, quod dile-
ctus Christi dicebat. Qui habuerit
substantiam huius mundi, & uide-
rit fratrem suum necessitatem ha-
bere, & clauerit uiscera eius ab eo
modo charitas Dei manet in

Cant.
ultimo.

1. Ioa. 3